

SUPREMAE SACRAE CONGREGATIONIS SANCTI OFFICII

AD OMNES PATRIARCHAS, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS
ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS
« ETIAM RITUS ORIENTALIS »

INSTRUCTIO
DE MODO PROCEDENDI IN CAUSIS SOLlicitationis

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMXII

Ex 412

INSTRUCTIO

De modo procedendi in causis de crimine sollicitationis

SERVANDA DILEGENTER IN ARCHIVO SECRETO CURIAE PRO NORMA INTERNA
NON PUBLICANDA NEC ULLIS COMMENTARIIS AUGENDA

PRAELIMINARIA

1. Crimen sollicitationis habetur cum sacerdos aliquem poenitentem, quaecumque persona illa sit, vel in actu sacramentalis confessionis; vel ante aut immediate post confessionem; vel occasione aut praetextu confessionis; vel etiam extra occasionem confessionis in confessionali sive in alio loco ad confessiones audiendas destinato aut electo cum simulatione audiendi ibidem confessionem, ad inhonestam et turpia sollicitare vel provocare sive verbis sive signis sive nutibus sive tactu sive per scripturam aut tunc aut post legendam tentaverit aut cum eo illicitos et dishonestos sermones vel tractatus temerario ausu habuerit (Const. *Sacramentum Poenitentiae*, § 1).

2. De infando hoc crimine cognoscere in prima instantia spectat ad locorum *Ordinarios* in quorum territorio Reus residentiam habet (V. infra nn. 30 et 31), idque nendum iure proprio sed etiam ex speciali Sedis Apostolicae delegatione; *eisque omnino praecipitur, graviter onerata eorum conscientia, ut posthac causas huiusmodi coram proprio tribunali quamprimum introducendas, discutiendas et terminandas curent.* Ex peculiaribus tamen gravibusque rationibus possunt hae quoque causae, ad normam Can. 247, § 2, directe ad S. Congregationem S. Officii deferri vel ab ipsamet S. Congregatione ad se advocari. Quin et ipsis Reis conventis

integrum manet in quovis iudicij gradu ad S. Officium recursum habere; sed recursus sic interpositus non suspendit, excluso casu appellationis, exercitium iurisdictionis in iudice qui causam iam cognoscere coepit; quique idcirco poterit iudicium prosequi usque ad definitivam sententiam, nisi constiterit Sedem Apostolicam causam ad se advocasse (cfr. Can. 1569).

3. Nomine locorum Ordinariorum hic intelliguntur, pro suo quisque territorio, Episcopus residentialis, Abbas vel Praelatus nullius, Administrator, Vicarius et Praefectus Apostolicus quique, praedictis deficientibus, interim ex iuris praescripto aut ex probatis constitutionibus in regimine succedunt (Can. 198, § 1); non tamen Vicarius Generalis, nisi ex speciali delegatione.

4. Loci Ordinarius hisce in causis iudex est etiam pro Regularibus, quamvis exemptis; eorum quippe Superioribus districte prohibetur quominus in causis ad Sanctum Officium spectantibus se introntant (Can. 501, § 2). Salvo tamen iure Ordinarii, id non impedit quominus Superiores ipsi, si quem suum subditum in Poenitentiae Sacramenti administratione delinquentem forte compererint, et possint et debeant eidem invigilare eumque, exhibitis etiam poenitentiis salutaribus, admonere et corrigeret et, si casus ferat, a quolibet ministerio removere; poterunt etiam illum alio transferre, nisi loci Ordinarius, ob iam acceptam denunciationem et inceptam inquisitionem, id vetuerit.

5. Ordinarius loci potest vel per se huiusmodi causis praeesse, vel eas alteri, viro scilicet ecclesiastico gravi et maturae aetatis, cognoscendas committere, haud quidem habitualiter seu ad universitatem istarum causarum, sed toties quoties pro singulis causis scripto delegando, salvo praescripto Can. 1613, § 1.

6. Quamvis regulariter unicus, ratione secreti, pro causis huiusmodi prescribatur iudex, non prohibetur tamen Ordinarius in causis difficilioribus unum vel duos sibi adsciscere assessores consulentes ex iudicibus synodalibus eligendos (Can. 1575); vel etiam tribus, item ex synodalibus eligendis, iudicibus causam agendum tradere cum mandato procedendi collegialiter ad tramitem Can. 1577.

7. Promotor iustitiae, Rei defensor et notarius, quos sacerdotes esse oportet graves, maturae aetatis, integrae famae, in iure

canonico doctores vel ceteroqui peritos et iustitiae zelo probatos
(Can. 1589), nec reperiri erga Reum in conditionibus, de quibus
Can. 1613, nominantur in scriptis ab Ordinario, promotor quidem
iustitiae (qui potest esse alius a promotore iustitiae Curiae) pro
universis huius generis causis; Rei vero defensor et notarius toties
quoties in singulis casibus. Imo non prohibetur Reus sibi benevi-
sum defensorem proponere (Can. 1655) qui tamen sit sacerdos et
ab Ordinario probandus.

8. Quandocumque (quod suis locis dicetur), eius interventus
requiritur, promotore iustitiae non citato, nisi forte etsi non ci-
tatus revera interfuerit, acta pro irritis habenda erunt; sin autem
legitime citatus aliquibus actis non adfuerit, acta quidem valebunt,
sed postea omnino erunt eius examini subiicienda ut ea omnia sive
voce sive scriptis possit animadvertere et proponere quae necessaria
aut opportuna iudicaverit (Can. 1587).

9. Notarium, contra, omnibus prorsus actis sub poena nullitatis
adesse oportet eaque propria manu exarare vel saltem subscri-
bere (Can. 1585, § 1). Ob specialem tamen horum processuum indo-
lem fas est Ordinario ab interventu notarii ex rationabili causa
dispensare in recipiendis, ut suo loco adnotabitur, denunciationibus
nec non in diligentiis, quas vocant, peragendis atque in testibus
inductis examinandis.

10. Minores administrari nulli adhibeantur nisi quos omnino
necessesse sit; hique elegantur, quantum fieri poterit, ex ordine sacer-
dotali; semper autem sint probatae fidelitatis atque omni exceptione
maiores. Notandum tamen quod, si quando necessitas postulet, pos-
sunt nominari ad quosdam actus recipiendos etiam non subditi in
alieno territorio degentes vel illius territorii Ordinarius rogari
(Can. 1570, § 2): servatis semper cautelis de quibus supra et
Can. 1613.

11. Quoniam vero quod in hisce causis tractandis maiorem in
modum curari et observari debet illud est ut eadem secretissime
peragantur et, postquam fuerint definitae et executioni iam traditae,
perpetuo silentio premantur (Instr. Sancti Officii, 20 febr. 1867,
n. 14); omnes et singuli ad tribunal quomodocumque pertinentes vel
propter eorum officium ad rerum notitiam admissi arctissimum

1655 =
The present
case
afford
himself
Nahabir

secretum, quod *secretum Sancti Officii* communiter audit, in omnibus et cum omnibus, sub poena excommunicationis latae sententiae, ipso facto et absque alia declaracione incurrendae atque unius personae Summi Pontificis, ad exclusionem etiam Sacrae Poenitentiariæ, reservatae, inviolabiliter servare tenentur. Qua quidem lege Ordinarii adstringuntur *ipso iure* seu vi proprii eorum muneris; ceteri administrari *ex iuramento* quod semper ante muneris susceptionem praestare debent; et qui, demum, delegantur, interpellantur, informantur absentes, *ex preecepto* in litteris delegationis, interpellationis, informationis eis imponendo cum expressa *secreti Sancti Officii* et supradictæ censuræ mentione.

12. Praefatum iuramentum, cuius formula in Appendice huius Instructionis invenitur (Form. A), praestandum est (ab iis scilicet qui habitualiter, semel pro semper; ab iis autem qui tantum ad determinatum aliquod negotium vel causam deputantur, toties quoties) coram Ordinario vel eius delegato super Ss. Dei Evangelii (a sacerdotibus quoque) et non aliter et addita promissione de munere fideliter adimplendo, ad quam tamen excommunicatione, de qua supra, non extenditur. Cavendum, ceterum ab iis qui hisce causis praesunt, ne quis etiam ex administris ad rerum notitiā admittatur, nisi quatenus pars vel munus ab eo explendum necessario requirat.

13. Iuramentum de secreto servando praestare hisce in causis semper debent etiam accusatores seu denuntiantes et testes; nulli tamen hi subiiciuntur censuræ, nisi forte aliqua in ipso accusacionis, depositionis vel excussionis actu iisdem expresse comminata fuerit. Reus vero gravissime moneatur, ut et ipse cum omnibus, praeterquam cum suo defensore secretum servet, sub poena suspensionis a divinis in casu transgressionis ipso facto incurriendae.

14. Ad actorum, denique, redactionem, linguam, confirmationem, custodiā et fortuitam nullitatē quod attinet, servanda omnino erunt quae Canonibus ¹⁶¹²⁻⁴³ 379-80-81-82 et 1680 respective praescribuntur.

*intervenient
nullitas*

TITULUS PRIMUS

DE PRIMA CRIMINIS NOTITIA

15. Cum sollicitationis crimen remotis prorsus arbitris patrari soleat, ne fere semper inestimabili cum animarum detrimento occultum impunitumque maneret, necesse fuit unicum, ut plurimum, illius conscientiam, poenitentem nempe sollicitatum, ad ipsum revelandum per denunciationem positiva lege impositam adigere. Igitur :

16. « Ad normam Constitutionum Apostolicarum et nominatim Constitutionis Benedicti XIV *Sacramentum Poenitentiae* 1 iunii 1741, debet poenitens sacerdotem reum delicti sollicitationis in confessione intra mensem denunciare loci Ordinario vel Sacrae Congregationi Sancti Officij; et confessarius debet, graviter onerata eius conscientia, de hoc onere poenitentem monere » (Can. 904).

17. Ceterum, ad mentem Can. 1935, quilibet fidelium semper potest delictum sollicitationis, de quo certam notitiam habuerit, denunciare; imo obligatio denunciationis urget quotiescumque ad id quis adigitur ex ipsa naturali lege ob fidei vel religionis periculum vel aliud imminens publicum malum.

18. « Fidelis vero qui scienter omiserit eum, a quo sollicitatus fuerit, intra mensem denunciare contra praescriptum (suprarelati) Canonis 904, incurrit in excommunicationem latae sententiae nemini reservatae, non absolvendus nisi postquam obligationi satisfecerit aut se satisfacturum serio promiserit » (Can. 2368, § 2).

19. Denunciationis onus est personale et ab ipsa persona sollicitata regulariter per se adimplendum. Verum si gravissimis difficultatibus impediatur quominus hoc perficere ipsa possit, tunc vel per epistolam vel per aliam personam sibi benevisam suum adeat Ordinarium vel S. Congregationem Sancti Officij aut S. Poenitariam, expositis omnibus circumstantiis (Instr. Sancti Officij, 20 febr. 1867, n. 7).

Canon 1942

20. Denunciationes anonymae generatim spernendae sunt; poterunt tamen vim adminicularem habere vel ulterioribus investigationibus occasionem praebere, si peculiaria rerum adiuncta accusationem probabilem reddant (cfr. Can. 1942, § 2).

21. Obligatio denunciationis ex parte poenitentis sollicitati non cessat ob spontaneam confessionem a confessario sollicitante forte factam, nec ob eius translationem, promotionem, condemnationem, praesumptam emendationem aliasque id genus causas; cessat tamen eius morte.

22. Quandocumque contingat ut confessarius aliusve ecclesiasticus vir ad aliquam denunciationem recipiendam deputetur, una cum instructione de actis iudicaria ratione assumendis expresse moneatur ut eadem dein omnia ad Ordinarium seu ad personam quae eura deputavit, illico transmittat, nullo prorsus eorum exemplo vel vestigio apud se relicto.

23. In denunciationibus recipiendis hic, regulariter, ordo servetur: Primo iuramentum de veritate dicenda ad tactum Ss. Evangeliorum praestandum denuncianti deferatur; interrogetur dein ipse iuxta formulam (Form. E), cauto ut omnia et singula ad sollicitationes quas passus est pertinentia breviter quidem et decenter sed clare et distincte enarret; nullimode tamen ab eo quaeratur an sollicitationi consenserit, imo expresse moneatur se non teneri ad consensum forte praestitum manifestandum; responsiones ex continent, non solum quod attinet ad substantiam sed etiam ad ipsa testimonii verba (Can. 1778), scripto redigantur; integrum tum instrumentum clara et distincta voce denuncianti perlegatur, data ipsi facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi; exigatur demum eius subscriptio vel, si scribere nesciat vel nequeat, signum crucis; eoque adhuc praesente, addatur subscriptio recipiens et, si adfuerit (cfr. n. 9), notarii; et antequam dimitatur, deferatur eidem, ut supra, iuramentum de secreto servando, comminata, si opus fuerit, excommunicatione loci Ordinario vel S. Sedi reservata (cfr. n. 13).

24. Quodsi aliquando, gravibus obstantibus rationibus in actis semper exprimendis, praxis haec ordinaria servari nequeat, permititur ut una vel altera ex praescriptis formis, salva tamen substantia,

praetereatur. Ita si iuramentum super Ss. Evangelii praestari nequeat, praestari poterit alia ratione atque etiam verbis tantum; si instrumentum denunciationis non possit ex continentis scripto redigi, poterit opportuniore tempore et loco a recipiente vel denunciante conscripti et postea ab ipso denunciante coram recipiente iuramento confirmari et obsignari; si instrumentum ipsum nequeat denunciandi perlegi, poterit ei tradi legendum.

25. In casibus vero difficilioribus permittitur etiam ut denunciatio (praevia scilicet denunciantis venia, ne sigillum sacramentale violari videatur) recipiatur a confessario in ipsa sede confessionali. Hoc in casu, si continentur fieri nequeat, scribatur domi a confessario vel ab ipso denunciante, aliaque die utroque in sedem confessionalem denuo convenientem, perlegatur vel tradatur legenda, ac iuramento et propria subscriptione vel signo crucis (nisi haec apponere omnino impossibile sit) a denunciante confirmetur. De his tamen omnibus, ut iam superiori numero dictum est, expressa in actis mentio semper facienda erit.

26. Tandem, si gravis omnino ac prorsus extraordinaria urgeat causa, denuntiatio fieri poterit etiam per relationem a denuntiante scriptam, dummodo tamen coram loci Ordinario eiusve delegate ac notario, si adsit (cfr. n. 9), iureiurando postea confirmetur et subsignetur; quod pariter dicendum est de denunciatione informi, per epistolam, ex. gr., vel ore tenus extra judicialiter facta.

27. Denunciatione qualibet accepta, Ordinarius tenetur sub gravi eam quamprimum communicare cum promotore iustitiae qui scripto declarara debet, an specificum sollicitationis crimen in sensu n. 1 in casu adiuit vel non et, si Ordinarius ab eo dissentiat, intra decem dies rem deferre ad Sanctum Officium.

28. Si e contra Ordinarius et promotor iustitiae in unum consentiant, vel utcumque promotor iustitiae recursum ad S. Officium non faciat, tunc Ordinarius, si specificum delictum sollicitationis non adesse decreverit, acta in archivio secreto reponenda mandet, vel pro natura et gravitate denuntiatarum rerum iure et munere suo utatur; si vero adesse censuerit, illico ad inquisitionem procedat (cfr. Can. 1942, § 1).

Placed in secret archive

TITULUS SECUNDUS

DE PROCESSU

CAP. I - DE INQUISITIONE

*Rebus
missis*

29. Habita per denunciations prima de sollicitationis crimine notitia, inquisitio specialis peragenda est « ut constet an et quo fundamento innitatur imputatio » (Can. 1939, § 1); idque eo vel magis quod, cum huiusmodi delictum, ut iam supra dictum est, in abscondito patrari soleat, directa de eo testimonia, praeterquam a parte laesa, nonnisi raro haberi possunt.

Aperte inquisitione, si sacerdos denunciatus sit religiosus, poterit Ordinarius impedire ne alio transferatur ante processus conclusionem.

Tria autem potissimum sunt ad quae talis inquisitio extendi debet, scilicet :

- a) ad praecedentia denuntiati;
- b) ad denunciationum consistentiam;
- c) ad alias personas ab eodem confessario sollicitatas aut utcumque conscientias criminis si quae, ut non raro accidit, a denuntiantibus inducantur.

30. Ad primum (a) ergo quod attinet, Ordinarius simul ac aliquam de sollicitationis criminis denuntiationem acceperit, si denuntiatus, sive e clero saeculari sive e regulari (cfr. n. 4), in suo territorio residentiam habeat, exquirat num aliae contra eum in archivio accusations etiam de diversa materia extent easque resummat; et si forte in aliis territoriis antea commoratus fuerit, petat etiam a respectivis Ordinariis et, si religiosus, a superioribus quoque regularibus, an aliquid habeant quod eum quomodocumque gravare possit. Quae vero sic acceperit documenta, in acta referat in unum cumulanda sive ad iudicium, ratione continentiae seu connectionis causarum (cfr. Can. 1567), de omnibus una simul fe-

rendum ; sive ad aggravantem recidivitatis circumstantiam in sensu
Can. 2208 constabiliendam atque aestimandam.

31. Sin autem de denuntiato agatur qui non habeat residen-
tiam in suo territorio, Ordinarius acta omnia transmittat ad Ordinarii
ipsius denuntiati vel, isto non cognito, ad Supremam
S. Congregationem S. Officii, salvo iure denegandi interim sacer-
doti denuntiato facultatem exercendi ecclesiastica ministeria in pro-
pria dioecesi aut illam iam forte concessam revocandi, si quando
ad eam accesserit vel redierit.

32. Quod spectat ad secundum (b), pondus cuiusque denuncia-
tionis, qualitates et circumstantiae serio accurateque perpendenda sunt ut pateat an et quam fidem ipsae mereantur. Nec sufficit ut quomodolibet, sed necesse est ut certa ac iudiciali forma id inno-
tescat; quod per dictionem « *diligentias peragere* » in foro S. Officii
significari solet.

33. Hunc in finem simul ac aliquam de sollicitationis crimen
denunciationem Ordinarius acceperit, vel per se vel per sacerdotem
specialiter delegatum advocabit (separatim scilicet et qua decet cir-
cumspetione) duos testes, quantum fieri poterit, ex coetu ecclesias-
tico, utut vero omni exceptione maiores, qui bene noverint tum
denuntiatum tum denuntiantem eosque, adstante notario (cfr. n. 9)
qui interrogaciones et responsiones scripto referat, sub sanctitate
iuramenti de veritate dicenda et de secreto servando cum commi-
natione, si necesse videatur, excommunicationis loci Ordinario
vel S. Sedi reservatae (cfr. n. 13), interrogabit (Form. G.) de vita,
moribus et publica fama tum denuntiati tum denuntiantis; an de-
nuntiantem censeant fide dignum; vel, contra, mentiendi, calum-
niandi, peierandi capacem; et an ullam unquam odii, simultatis
vel inimicitiarum causam inter ipsum denuntiantem ac denuntia-
tum extitisce scient.

34. Si denunciationes sint numero plures, nihil impedit quo-
minus iidem pro omnibus vel diversi pro singulis testes adhibeantur,
cauto tamen semper ut duplex quoad denuntiatum et unumquemque
denuntiantem habeatur testimonium.

35. Si inveniri nequeant duo testes qui noverint unusquisque
tum denuntiatum tum denuntiantes, vel si nequeant absque scandali

periculo aut famae detimento de eo et his simul interrogari, per agentur diligentiae, ut aiunt, *dimidiatae* (Form. *H*), interrogatis nempe duobus testibus circa solum denuntiatum aliisque duobus circa solos singulos denuntiantes. Hoc tamen in casu prudenter aliunde inquirendum erit, an denuntiantes odio, inimicitia vel alio humano affectu contra denuntiatum afficiantur.

36. Si ne diligentiae quidem dimidiatae peragi possint vel quia testes apti inveniri nequeunt vel quia scandalum aut famae detrimentum merito timendum est, suppleri poterit, caute tamen ac prudenter, per informationes extrajudiciales circa denuntiatum et denuntiantes eorumque mutuas personales relationes scripto redigendas; vel etiam per subsidiarias probationes quae accusationem roborent vel infirment.

37. Quod demum spectat ad tertium (*c*), si in denuntiationibus, quod non raro contingit, aliae inducantur personae forte pariter sollicitatae vel quae de hoc crimine testimonium ferre aliqua ratione possint, hae quoque omnes et seorsim iudicaria forma (Form. *I*) examinandae sunt: et primo per *generalia*, deinde per gradus, quoad ita res ferat, ad *particularia* deveniendo, interrogari debent, utrum et quomodo revera fuerint ipsae sollicitatae, vel alias personas fuisse sollicitatas noverint vel audierint (Instr. Sancti Officii, 20 febr. 1867, n. 9).

38. Summa tamen circumspectione utendum est in his personis ad examen invitandis; etenim non semper opportunum erit eas ad publicum cancellariae locum convenire, praesertim si examini subiecti sint vel puellae vel uxoratae aut famulatui addictae; tunc enim consultius erit eas vel in sacrarioribus vel alibi (ex. gr. in sede confessionali), iuxta prudentem Ordinarii seu iudicis existimationem caritate convocare ad eorum examen assumendum. Quod si examinandae vel in monasteriis aut in nosocomiis seu in pannis puellarum domibus existant, tunc magna cum diligentia et diversis diebus iuxta circumstantias peculiares vocandae erunt (Instr. Sancti Officii, 20 iulii 1890).

39. Quae superius de modo recipiendi denunciationes dicta sunt, applicentur etiam, mutatis mutandis, examini personarum quae inductae fuerint.

er-
tis
rus
ter
lio

ua
ri-
u-
le-
li-
m

s,
er
ie
l)
s,
t,
r-
i,
s
d
c
e
-
1
;
;

40. Harum personarum examina positivum effectum sortita, quibus scilicet sacerdos inquisitus vel alius gravatus extiterit, habeantur ut verae ac proprie dictae denunciationes, ceteraque omnia circa ea peragantur quae de criminis qualificatione, de resumptione praecedentium et de diligentia peragendis supra praescribuntur.

41. Hisce autem omnibus expletis, communicet Ordinarius acta cum promotore iustitiae qui videat num cuncta rite gesta fuerint an non. Et siquidem nihil is contra excipendum censeat, processum inquisitorium clausum declaret.

CAP. II – DE ORDINATIONIBUS CANONICIS
ET ADMONITIONE DELINQUENTIS

42. Claudio processu inquisitorio, Ordinarius, auditio promotore iustitiae, procedat ut sequitur, nempe:

a) si constet denuntiationem omni prorsus fundamento destituiri, iubeat id in actis declarari, et documenta accusationis destruantur;

b) si criminis indicia habeantur vaga et indeterminata vel incerta, iubeat acta in archivo reponi, resumenda si quid aliud in posterum supervenerit;

c) si vero indicia criminis habeantur satis gravia sed nondum sufficientia ad accusatoriam actionem instituendam, ut ecce praesertim si una tantum vel tantum duae habeantur denuntiationes cum regularibus quidem diligentias sed nullis vel non satis firmis subsidiariis probationibus munitae (cfr. n. 36), vel etiam plures sed cum diligentias incertis aut deficientibus, iubeat Reum iuxta diversos casus (Form. M) primo vel secundo, paterne, graviter vel gravissime moneri ad normam Can. 2307, addita, cum opus fuerit, explicita comminatione processus, si qua nova alia accusatione gravetur; actaque, ut supra, in archivo serventur et invigiletur interim moribus imputati (Can. 1946, § 2, n. 2);

d) si denique certa vel saltem probabilia ad accusationem instituendam argumenta praesto sint, iubeat Reum citari et constitutis subiici. *Summons the accused*

recovery

43. Monitio, de qua in numero praecedenti (c) secreto semper facienda est; fieri tamen poterit etiam per epistolam vel per interpositam personam, sed quovis in casu de ea constare debet ex aliquo documento in secreto Curiae archivio asservando (cfr. Can. 2309, §§ 1 et 5), addita notitia de modo quo denuntiatus eam exceptit.

44. Si post primam monitionem aliae contra eundem Reum accusations supervenerint de sollicitationibus monitionem ipsam praecedentibus, videat pro suo arbitrio et conscientia Ordinarius an prima illa monitio ut sufficiens habenda sit vel potius ad novam monitionem aut etiam ad ulteriora procedendum (Ibidem, § 6).

45. Contra canonicas huiusmodi ordinationes promotori iustitiae ius est appellandi et imputato recursum faciendi ad S. Congregationem S. Officii infra decem dies ab earum emanatione vel intimatione. Quo in casu acta causae ad eamdem S. Congregationem transmittenda erunt ad praescriptum Can. 1890.

46. Ipsae tamen, etsi ad effectum deductae, actionem poenalem non extinguunt; ideoque, aliis postea accusationibus forte supervenientibus, de iis quoque quae dictis canonicis ordinationibus causam dederunt, ratio habenda erit.

CAP. III – DE REORUM CONSTITUTIS

47. Cum semel sufficientia ad accusationem instituendam, ut supra n. 42 (d) dictum est, argumenta in promptu habeantur, Ordinarius, auditore promotore iustitiae et servatis omnibus, quantum scilicet peculiaris harum causarum indoles sinit, quae de citatione et denuntiatione actorum iudicialium lib. IV, tit. VI, cap. II, Codicis statuantur, decretum feret (Form. O) de Reo coram se vel indice a se delegato (cfr. n. 5) citando ad crimina contra eum deducta ipsi contestanda, quod in foro S. Officii vulgo dicitur « *Reum constitutis subiicere* »; illudque modo in iure praescripto ad Rei ipsius notitiam deducendum curabit.

48. Citatum Reum comparentem, antequam constituta formiter aperiantur, paterne ac suaviter hortetur index ad confessionem, eoque hisce hortationibus assentiente, iudex, arcessito notario vel

per
er-
juo
09,
it.
ac-
ne-
an
im
6).
ti-
re-
ti-
m
m
e-
m

etiam, si opportunius duxerit (cfr. n. 9), absque huius interventu, confessionem recipiat.

49. Hoc in casu, siquidem confessio cum actis collata substantialiter plena inveniatur, praehabito voto promotoris iustitiae in scriptis edendo, causa, ceteris aliis omissionis (V. infra cap. IV), definitiva sententia concludi poterit, data tamen Reo optione sententiam ipsam acceptandi vel regularem processus evolutionem petendi.

50. Sin autem, contra, Reus crimen negaverit, vel confessionem fecerit non substantialiter integrum, vel etiam latam confessionis intuitu summatis sententiam detectaverit, iudex, adstante notario, perlegat illi decretum, de quo precedenti n. 47, et constituta aperta declareret. *Reo agere*

51. Apertis constitutis, potest iudex ad mentem Canonis 1956, auditio promotore iustitiae, Reum conventum vel omnino a sacro ministerio exercendo vel tantum a sacramentalibus fidelium confessionibus audiendis usque ad iudicii exitum suspendere. Si vero forte censeat eum posse testibus timorem incutere aut eos subornare aut alio modo iustitiae cursum impedire, potest etiam, auditio pariter promotore iustitiae, mandare ut in praefinitum locum secedat ibique sub speciali vigilancia maneat (Can. 1957). Et contra utrumque huiusmodi decretum non datur iuris remedium (Can. 1958).

52. Hisce praehabitis, procedetur ad Rei excussionem iuxta formulam P, cauto diligentissime ex parte indicis ne accusatorum et maxime denuntiantium personae prodantur, et ex parte Rei ne sigillum sacramentale quomodolibet violetur. Inno si quid Reo in aestu sermonis exciderit quod eiusdem sigilli sive directam sive indirectam violationem redolere videatur, ne sinat iudex id a notario in acta referri; et si forte inconsiderate relatum, iubeat, cum primum animadverterit, plane deleri. *Omnino vero meminerit iudex Reum iuramento veritatis dicendae adstringere numquam fas esse* (cfr. Can. 1744).

53. Expleta in omnibus Rei excussione actisque a promotore iustitiae visis et probatis, iudex de conclusione in causa decretum ferat (Can. 1860) et, si forte sit iudex delegatus, acta omnia ad Ordinarium transmittat.

Reo agere

*notario
violet
relat*

54. Quod si forte, tandem, Reus contumax fuerit, vel ex gravibus omnino rationibus Constituta in Curia dioecesana peragi nequeant, Ordinarius, salvo sibi iure Reum suspendendi a divinis, integrum causam deferat ad S. Officium.

CAP. IV – DE CAUSA DISCUSSIONE, DE SENTENTIA DEFINITIVA
ET DE APPELATIONE

55. Ordinarius, acceptis actis, nisi velit ipsem ad sententiam definitivam procedere, iudicem deleget (cfr. n. 5) alium, quantum fieri poterit, ab eo qui inquisitionem vel constituta peregit (cfr. Can. 1941, § 3). Iudex autem, quicumque ille sit vel Ordinarius vel eius delegatus, congruum pro suo prudenti arbitrio temporis spatium defensori praestituat ad defensionem parandam eamque in duplice exemplari, altero ipsi iudici altero promotori iustitiae tradendo, exhibendam (cfr. Can. 1862-63-64). Promotor vero iustitiae intra tempus pariter a iudice praefiniendum exhibeat in scriptis suam, quam nunc vocant, *requisitoriam* (Form. Q).

56. Tandem, congruo temporis spatio interposito (Can. 1870), iudex, pro conscientia ex actis et probatis sibi efformata (Can. 1869), definitivam sive condemnatoriam, si certus de crimine; sive absolutoriam, si certus de innocentia; sive dimissoriam, si ex defectu probacionum invincibiliter dubius, sententiam pronuntiabit.

modicrat
57. Sententia iuxta respectivas formulas huic Instructioni annexas scripto exarata, executorio decreto (Can. 1918) munita ac promotori iustitiae prius notificata, Reo ad hoc citato a iudice pro tribunal sedente, adstante notario, solemniter intimanda erit. Si quidem vero Reus citationem detrectans non comparuerit, intimatione sententiae fiat per epistolam, exacto per publicum epistolarum diribratorum eius receptionis testimonio.

58. Ab ea tum Reus, si se gravatum putet, tum promotor iustitiae ius habent appellandi ad Supremum Tribunal Sancti Officii, iuxta praescriptum Can. 1879 et seqq. intra decem dies ab ipsis solemnni intimatione; et huiusmodi appellatio est in suspensivo, firma tamen, si lata fuerit (cfr. n. 51), Rei suspensione ab audien-

gra-
ne-
inis,

am
um
fr.
vel
pa-
lu-
ra-
iae
tis

),
,
u-
o-

d-
o-
'o
i-
i-
n

b-
,

dis sacramentalibus confessionibus vel a sacro ministerio exercendo.

59. Interposita utiliter appellatione, omnium causae actorum authenticum exemplum vel ipsam prototypa ad Sanctum Officium, quo citius fieri poterit, iudex transmittere debet, additis informationibus quas necessarias vel oportunas iudicaverit (Can. 1890).

60. Ad querelam, demum, nullitatis quod attinet, si aliquando casus occurrat, serventur ad unguem praescripta Canonum 1892-97; quod vero spectat ad executionem sententiae, serventur, pro harum causarum natura, praescripta Canonum 1920-24.

- (2) Person has a right
to judicial trial
(3) Procedure not observed

TITULUS TERTIUS

DE POENIS

61. « Qui sollicitationis crimen commiserit, suspendatur a celebratione Missae et ab audiendis sacramentalibus confessionibus vel etiam, pro delicti gravitate, inhabilis ad ipsas excipiendas declaretur, privetur omnibus beneficiis, dignitatibus, voce activa et passiva, et inhabilis ad ea omnia declaretur, et in casibus gravioribus degradationi quoque subiiciatur ». Ita Codicis Can. 2368, § 1.

62. Pro recta huius canonis practica applicatione in poenis contra sacerdotes de sollicitationis crimine convictos aequa proportione ad mentem Can. 2218, § 1 decernendis haec potissimum ad criminis gravitatem aestimandam prae oculis habeantur, videlicet: personarum sollicitatarum numerus earumque conditio, ut ecce si aetate minores vel per vota religiosa Deo specialiter consecratae; sollicitationis forma, si forte, praesertim, cum falso dogmate aut falso mysticismo coniuncta; actuum patratorum nedum formalis sed et materialis turpitudine et speciatim sollicitationis cum aliis delictis connectio; diuturnitas dishonestae conversationis; criminis iteratio; recidivitas post monitionem; obfirmata sollicitatoris malitia.

63. Ad poenam maximam degradationis, quae Reis religiosis commutari poterit in reductionem ad statum *conversi*, tunc tantum deveniatur cum, omnibus perpensis, evidenter appareat Reum, in profundo malitiae demersum, in abusu sacri ministerii, gravi cum scandalo fidelium animarumque pernicie, eo temeritatis et consuetudinis devenisse ut nulla, humane loquendo, vel fere nulla de eius emendatione spes amplius affulgeat.

64. Poenis proprie dictis sequentes, ad illarum effectum plenius et securius obtinendum, in huiusmodi causis supplementares sanctiones superaddendae erunt, nempe:

a
i
s
a
l
3,

s
d
i
t
;

a) Reis omnibus iudicialiter convictis superimponantur congruae, pro modo culparum, poenitentiae salutares, haud quidem in poenarum proprie dictarum subrogationem in sensu Canonis 2312, § 1, sed ad earum complementum, et inter has (cfr. Can. 2313) praesertim exercitia spiritualia per aliquot dies in domo aliqua religiosa peragenda cum suspensione, iis durantibus, a Missae celebratione.

b) Reis vero convictis et confessis imponatur insuper abieccatio, iuxta diversos casus, de levi aut de vehementi haeresis suspicione in quam ob ipsam criminis naturam sacerdotes sollicitantes incurruunt, vel etiam de haeresi formalii si forte sollicitationis crimen cum falso dogmate coniunctum fuerit.

c) Qui in periculo relabendi versantur, ideoque eo magis recidivi peculiari vigilantiae submittantur (Can. 2311).

d) Quoties, prudenti Ordinarii iudicio, ad delinquentis emendationem, ad occasionis proximae remotionem, vel ad scandali preventionem aut reparationem necessaria videatur, addatur praescriptione vel prohibitiō certo in loco commorandi (Can. 2302).

e) Denique, cum de crimine absolutionis complicis, prouti hoc in Const. *Sacramentum Poenitentiae* delineatur, nulla unquam in foro externo, sigilli sacramentalis ergo, ratio haberi queat, addatur Reo in fine sententiae condemnatoriae consilium ut, si is forte complices absolverit, consulat conscientiae suae per recursum ad Sacram Poenitentiarium.

65. Ad normam Can. 2236, § 3 hae omnes poenae, utpote a iure, cum semel a indice ex officio applicatae fuerint, remitti non possunt nisi a Sancta Sede per Supremam Sacram Congregationem Sancti Officii.

TITULUS QUAETUS

DE COMMUNICATIONIBUS OFFICIALIBUS

66. Quivis Ordinarius statim ac aliquam de sollicitationis criminis denuntiationem acceperit, id S. Officio significare nunquam omittat. Et si forte agatur de sacerdote sive saeculari sive religioso in alieno territorio residentiam habente transmittat insimul (ut iam supra n. 31 dictum est) ad Ordinarium loci, ubi denuntiatus actu commoratur vel, eo non cognito, ad S. Officium authenticum ipsius denuntiationis exemplum cum diligentiss, quo meliori modo peragi potuerint, atque opportunis informationibus et declarationibus.

67. Quivis Ordinarius qui adversus aliquem sacerdotem sollicitantem rite processerit, Sacram Congregationem Sancti Officii et, si de religioso res sit, Superiorum quoque eius Generalem de causae exitu certiorem facere ne omittat.

68. Si quis sacerdos de sollicitationis criminis damnatus vel etiam tantum admonitus in aliud territorium suam residentiam transferat, Ordinarius *a quo moneat quamprimum Ordinarium ad quem* de illius praecedentibus et statu iuridico.

69. Si quis sacerdos in causa sollicitationis suspensus ab audiendis sacramentalibus confessionibus haud vero a sacra praedicatione in alienum territorium ad praedicandum forte se conferat, commonefiat a proprio ipsius Praelato, sive saeculari sive religioso, huius territorii Ordinarius, eum non posse ad sacramentales confessiones excipendas adhiberi.

70. Hae omnes officiales communicationes *sub secreto Sancti Officii* semper facienda erunt; cumque ad commune Ecclesiae bonum maxime intersint, *praeceptum eas faciendi obligat sub gravi.*

*documents
pert*

TITULUS QUINTUS

DE CRIMINE PESSIMO

71. Nomine criminis pessimi heic intelligitur quodcumque obscenum factum externum, graviter peccaminosum, quomodocunque a clero patratum vel attentatum cum persona proprii sexus.

72. Quae de crimine sollicitationis hucusque statuta sunt, valent quoque, mutatis tantum pro rei natura necessario mutandis, pro *crimine pessimo*, si quis forte clericus penes loci Ordinarium de eo (quod Deus avertat) accusari contingat, excepta obligatione denunciationis *ex lege Ecclesiae positiva*, nisi forte ipsum fuerit cum crimen etiam sollicitationis in confessione sacramentali coniunctum. In poenis vero contra huiusmodi delinquentes decernendis, praeter ea quae supra dicta inveniuntur, habeatur insuper prae oculis Canon 2359, § 2.

73. Crimini pessimo, pro effectibus poenalibus, aequiparatur quodvis obscenum factum externum, graviter peccaminosum, quomodocunque a clero patratum vel attentatum cum impuberibus cuiusque sexus vel cum brutis animantibus (*bestialitas*).

74. Contra clericos reos horum criminum, si sint religiosi exempti, et nisi simul concurrat crimen sollicitationis, procedere possunt, iuxta ss. Canones et proprias Constitutiones, sive administrativo sive iudicali modo, etiam Superiores Regulares; qui tamen datam sententiam semper, et decisionem administrativam in casibus gravioribus, cum Suprema S. Officii Congregatione communicare debent. Superiores vero religiosi non exempti procedere tantum possunt modo administrativo. In casu expulsionis rei a religione, expulsio effectu carebit donec adprobata fuerit a S. Officio.

EX AUDIENTIA SS.MI DIE 16 MARTII 1962

SS̄mus Dominus Noster Ioannes Papa XXIII in audien-
tia Emo Cardinali Secretario S. Offici die 16 martii 1962
impertita, Instructionem hanc adprobare et confirmare di-
gnatus est, mandans ad quos spectat ut eam ad unguem
servent et servare faciant.

Romae, ex Aed. S. C. die 16 Martii 1962.

Loco ☺ Sigilli

A. Card. OTTAVIANI

APPENDIX

FORMULAE PRO OPPORTUNITATE ADHIBENDAE

(omissis aliis quae apud Auctores passim reperiuntur)

Formula A

Formula iurisiurandi de munere fideliter exercendo ac de secreto S. Officii servando

In nomine Domini.

Ego constitutus coram tactis Sacrosanctis Dei Evangeliiis coram me positis, iuro et promitto me fideliter exercere munus Item sub poena excommunicationis latae sententiae ipso facto et absque alia declaratione incurriendae, a qua, praeterquam in articulo mortis, a nullo nisi a Summo Pontifice, ipso quidem Cardinali Poenitentiario excluso, absolvi possim, et sub aliis poenis etiam gravissimis, arbitrio Summi Pontificis mihi in casu transgressionis infligendis, spondeo, voveo ac iuro, inviolabile secretum me servaturum in omnibus et singulis quae mihi in praefato munere exercendo occurrerint, exceptis dumtaxat iis quae in fine et expeditione huius negotii [vel: horum negotiorum] legitime publicari contingat; et hoc secretum me absolute et omnino servaturum cum omnibus qui in huius eiusdem negotii tractatione legitimam partem non habent [vel: qui eodem iurisiurandi vinculo constricti non sint]; neque unquam directe vel indirecte, nutu, verbo, scriptis, aut alio quovis modo et sub quocumque colorato praetextu, etiam majoris boni aut urgentissimae et gravissimae causae, contra hanc secreti fidem quidquam commissurum, nisi peculiaris facultas aut dispensatio expresse mihi a Summo Pontifice tributa fuerit.

Formula B

Formula abiurationis¹.

Ego (*nomen, cognomen etc. abiurantis, qui si Religiosus fuerit, addat nomen etc. quo utebatur in saeculo*) filius (*nomen patris*) aetatem agens annorum personaliter constitutus in iudicio et genuflexus coram Te (*nomen, cognomen, qualitates etc. illius qui abiurationem est recepturus*), coram me habens ac tangens mea manu Sacrosancta Evangelia et sciens neminem posse salvari nisi credit quod tenet, credit, praedicat, profitetur et docet Sancta Catholica et Apostolica Romana Ecclesia, confiteor et doleo me contra ipsam graviter errasse per abusum et profanationem Sacramenti Poenitentiae [et per falsi dogmatis professionem ac doctrinam].

Nunc dolens ac poenitens praedictorum [errorum nec non haerescon, persuasus de eorum falsitate et de veritate Sanctae Fidei Catholicae], eadem omnia cum corde sincero et fide non facta abiuro ac detestor [sicuti generatim omnes alios errores atque haereses Sanctae Catholicae et Apostolicae Romanae Ecclesiae contrarias] atque insimul humiliter accipio et fideliter me impleturum promitto omnes poenitentias mihi a R. P. D. . . . impositas vel imponendas: et quod si in aliquo hisce meis promissis et iuramentis (quod Deus avertat) non stetero, me subicio omnibus poenis et castigationibus, quae a sacris canonibus et aliis generalibus Constitutionibus contra ita delinquentes statutae ac promulgatae sunt. Sic me Deus adiuvet et haec Sancta Eius Evangelia, quae propriis meis manibus tango.

Ego praedictus abiuravi, iuravi, promisi et me obligavi ut supra, et in veritatis fidem huic syngraphae abiurationis meae

¹ Quae inter parentheses quadratas inclusa sunt, addantur in casu tantum quo abiurans non solum de sollicitatione sed *de falso dogmate* quoque reus convictus fuerit.

quam ad verbum recitavi, subscripsi mea manu (*hic notetur locus
in quo abiuratio est facta*).

Hac die . . . mensis . . . anni . . .

Subscriptio

*Post absolutionem impertitam, qui abiurationem recepit et
absolutionem dedit hic se subscribet eo modo ut in sequenti For-
mula C notatur.*

Formula C

ss
li

Formula absolutionis

A poenitente utroque genu flexo et, tactis prius Ss. Dei Evangelii, formula abiurationis lecta atque subscriptione munita, absolvens, saltem stola violacea induitus, sedens recitatit Ps. Miserere vel De Profundis cum Gloria Patri.

sg
p
cr
p
st
p
d
e
a

Deinde stans dicet :

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.

Pater noster, secreto usque ad

v. Et ne nos inducas in temptationem.

r. Sed libera nos a malo.

v. Salvum fac famulum tuum, Domine.

r. Deus meus sperantem in Te.

v. Domine exaudi orationem meam.

r. Et clamor meus ad Te veniat.

v. Dominus vobiscum.

r. Et cum spiritu tuo.

g
a

OREMUS

Deus, cui proprium est misererri semper et parcere, te supplices deprecamur, ut hunc famulum tuum, quem excommunicationis¹ catena costringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat. Per Christum Dominum nostrum. r. Amen.

Postea, iterum sedens, poenitentem adhuc coram se genu flexum absolvat his verbis :

Auctoritate Apostolica qua fungor in hac parte, abservo te a vinculo Excommunicationis, quam [forte] incurristi, et restituo te

¹ Si de haeresi tantum suspicione (ut plerunque fieri solet) abluratio facta fuerit, addatur hic adverbium « forte ».

sacrosanctis Ecclesiae Sacramentis, Communione et Unitati fide-
lium, in Nomine Patris $\text{\textcircled{B}}$ et Filii, et Spiritus Sancti. N. Amen.

*His actis, qui absolutionem impertitus est, poenitenti imponat
salutares poenitentias (ut plurimum recitandi determinatas preces,
peragendi piam aliquam peregrinationem vel alia pietatis opera
complendi, servandi peculiare ieiunium, erogandi eleemosynas in
pios usus etc.), ac tandem abiurationis formulam tunc et ipse sub-
scribat hoc modo:*

[In executionem ordinum R. P. D. (*nomen etc. delegantis*)] su-
pradictus (*nomen etc. poenitentis*) fuit per me [delegatum] expe-
ditus cum abiurazione de (e. g. formalis, *vel* vehementis, *vel* levi)
et poenitentiis salutaribus in forma Ecclesiae consueta, his die et
anno praedictis.

Ita est. Ego (*subscriptio solventis*)

[*Delegatus abiurationis formulam directe ad Eum a quo dele-
gationem accepit transmittet una cum instructione, literis acceptis
aliisque, si quae habeat, nihil omnino apud se retinendo*].

Formula D

Formula delegationis ad recipiendam denuntiationem

..... die

Nos his Literis delegamus ad recipiendam [absque interventu Notarii], sub secreto S. Officii et iuxta adnexam instructionem, denuntiationem quam facere intendit innominata persona.

L. ☐ S. Subscriptio Ordinarii loci delegantis
(Literis adnectitur Formula E)

Formula E

Modus recipiendi denuntiationem in re ad sollicitationem spectante¹

*Notarius, si adest, secus qui denuntiationem recepturus est in-
cipiet actum his vel his similibus verbis:*

Die . . . Mense Anne . . .

Sponte personaliter comparuit coram infrascripto (scriban-
tur nomen, cognomen etc. illius qui actum est recepturus, qui,
si notarius non adsit, scribat: coram me infrascripto) sistente in
(notentur locus et dioecesis ubi reperitur qui actum est recepturus)
[ad hunc actum tantum a R. P. D. specialiter delegato,
prout ex Eiusdem literis [mihi] directis et datis sub die (exprima-
tur quo die ipsi literae fuerint scriptae) praesenti positioni alligan-
dis], N. N. (scribantur nomen, cognomen, nomen patris, patria,
aetas, conditio et habitatio personae denuntiantis; et si haec reli-
giosa fuerit, etiam nomen, quo in saeculo vocabatur) cui delato
iureiurando de veritate dicenda, quod praestitit tactis Ss. Dei
Evangelii (quae manu tangere, etsi Sacerdos, debet) exposuit
prout infra, videlicet:

*Hic persona denuntians vernaculo sermone [declarare debet,
se scire obtentam esse ab Ordinario loci facultatem recipiendi absque
interventu notarii quod ad suam conscientiam exonerandam expo-
situra est, propterea quia iustis de causis eidem Revmo Antistiti se
sistere nequit: deinde] narrare continuo debet, discretis tamen
castigatisque verbis, quae ad sollicitationes ei factas attinent seu*

¹ Quae inter parentheses quadratas inclusa sunt valent in casu quo denuntiatio
a delegato recipiatur, vel, respective, absque interventu notarii.

Si delegatus autem, gravi de causa significanda, hunc modum recipiendi de-
nuntiationem servare non possit, recurrit pro instructione ad Eum a quo delega-
tionem accepit.

verba fuerint, seu scripta, seu actus, accurate describendo locum, tempus, occasionem, vices et singula adiuncta, nec non utrum in actu confessionis an prius vel post sacramentalem absolutionem ea evenerint. Nominare debet confessionalem sedem et ipsum Confessarium sollicitantem, et quatenus huius nomen et cognomen aut ignoret aut obliata fuerit, describet accurate illius personam, omnes distincte characteres notando, ita ut ille recognosci possit. Animadvertisat qui denuntiationem recipit, non esse interrogandam personam denuntiantem, utrum consensum ad actum turpem quocumque modo praestiterit vel recusaverit, cum ipsa ad suos defectus manifestandos non teneatur; immo denuntians expresse moneatur se non teneri ad consensum forte praestitum manifestandum. Hisce scriptis prout narrantur, et, quantum possibile, iisdem denuntiantis verbis, quae sequuntur, neque aliud praeterea quidpiam requiratur.

Interrogata: An sciat, vel dici audierit, dictum N. N. (nominando personam) Confessarium sollicitasse alias poenitentes ad turpia?

Respondit: (Si responsio affirmativa fuerit, nomen et cognomen personarum sollicitatarum exquireret et causam scientiae).

Interrogata: De fama supradicti Confessarii N. N. tam apud se quam apud alios?

Respondit:

Interrogata: An odio vel amore praefata deposuerit, et super inimicitia, aliisque generalibus etc.

Respondit: Recte (si ad propriam conscientiam exonerandam denuntiassse se dicet).

Si a sollicitatione plus uno mense praeterlapsum fuerit, addatur insuper:

Interrogata: Cur tamdiu distulerit praefata denunciare proprio Ordinario, et conscientiam suam exonerare?

Respondit:

Quibus omnibus absolutis, perlegantur personae denuntianti omnia quae scriptis tradita sunt, vel, iusta de causa in tabulis exprimenda, instrumentum ei tradatur ut secum ipsa illud legat coram eo qui denunciationem recepit; omnibusque ab ea probatis et acceptatis, una cum correctionibus, additionibus et lituris, si quae

sint, invitetur ad subscribendum, ac delato ei iureiurando de secreto servando, dimittatur.

Quae omnia describentur his verbis :

Quibus habitis et acceptatis, denuntians dimissa (vel dimissus) fuit iurata (vel iuratus) de secreto servando iterum tactis Ss. Dei Evangelii (super Evangelium iterum iurabit); et in confirmationem praemissorum se subscrispsit (vel si scribere nequeat: cum scribere, prout asseruit, non posset (notetur causa), fecit signum Crucis).

Postquam denuntians hic se subscriperit vel Crucis signum fecerit, subscribet se notarius, si adfuerit, hoc modo :

Acta sunt haec per me N. N. notarium (et si ad hunc actum tantum fuerit assumptus: ad hunc actum tantum assumpatum).

Tandem se subscribet qui denuntiationem recepit.

L. ☩ S.

Si vero notarius non adfuerit, tunc qui denuntiationem recepit se subscribet hoc modo :

Acta sunt haec per me N. N. [a R. P. D. N. N. ad hunc actum tantum specialiter delegatum].

[*Delegatus integrum deinде actum directe ad Eum a quo delegationem accepit transmittet una cum instructione et literis acceptis, nihil omnino apud se retinendo*].

Formula F

Formula delegationis ad diligentias peragendas

A) AD PERAGENDAS DILIGENTIAS INTEGRAS

..... die

Nos rogamus Te ut consuetas diligentias peragendas cures iuxta adnexam instructionem circa denuntiationem factam a (e. g. muliere *vel* mulieribus)

contra sacerdotem

interrogando separatim, formiter et sub iuramento de veritate dicenda et de secreto servando, duos testes, quantum fieri poterit ex coetu ecclesiastico, utcumque vero omni exceptione maiores, qui bene noverint tum denuntiatum, tum denuntiantem (*vel*, si denuntiantes plures numero fuerint, omnes et singulos denuntiantes). Quod si invenire nequeas duos tantum testes qui noverint una simul denuntiatum et omnes et singulos denuntiantes, plures vocabis, tot nempe, quot oportebit ut duplex quoad denuntiatum et unamquamque (*vel* unumquemque) denuntiantem habeatur testimonium.

Actorum vero authenticum exemplar ad Nos directe tutaque via transmittes, una cum instructione et his literis, nihil omnino apud Te retinendo.

L.  S.

Subscriptio Ordinarii loci delegantis

(Literis adnectitur Formula G)

B) AD PERAGENDAS DILIGENTIAS DIMIDIATAS

..... die

Nos rogamus Te ut iuxta adnexam instructionem diligentias instituas circa (e. g. mulierem *vel* mulieres)

interrogando separatim, formiter et sub iurejurando de veritate dicenda et de secreto servando duos testes, quantum fieri poterit, ex coetu ecclesiastico, utcumque vero omni exceptione maiores, qui (*e. g.* ipsam mulierem *vel* mulieres) propius noverint.

Actorum vero authenticum exemplar ad Nos directe tutaque via transmittes, una cum instructione et his literis, nihil omnino apud Te retinendo.

L. H. S. *Subscriptio Ordinarii loci delegantis*
(Literis adnectitur Formula H)

Formula G

Modus diligentias integras peragendi¹

Die . . . Mense . . . Anno . . .

Vocatus (*vel vocata*) personaliter comparuit coram me infra-
scripto (*scribantur nomen, cognomen etc. illius qui actum est con-
fecturus*) sistente in (*notentur locus et dioecesis ubi ipse reperitur*)
[ad hunc actum tantum a R. P. D. specialiter delegato,
prout ex Einsdem literis mihi directis et datis sub die . . . (expri-
matur *qua die ipsi literae scriptae fuerint*) praesenti positioni al-
ligandis].

N. . . N. . . . (*nomen, cognomen et qualitates testis con-
venti*) qui (*vel quae*), delato ei iureiurando de veritate dicenda, quod
praestitit (*etiam si Sacerdos*) tactis Ss. Dei Evangelii, fuit per
me . . .

1. *Interrogata*: Utrum noverit Sacerdotem N. . . N. . . . (*no-
men, cognomen et qualitates denuntiati*).

Respondit: (*scribatur lingua qua utitur testis, eius
responsio*).

2. *Interrogata*: Quaenam sit huius Sacerdotis vitae ratio, quinam
mores, quaenam penes populum existimatio?

Respondit:

3. *Interrogata*: Utrum noverit N. . . N. . . . (*nomen, co-
gnomen et qualitates denuntiantis vel, si plures, uniuscuiusque
earum vel eorum*).

Respondit:

4. *Interrogata*: Quaenam sit eius (*uniuscuiusque earum vel eo-
rum*) vitae ratio, quinam mores, quaenam penes populum existi-
matio?

¹ Quae inter parentheses quadratas inclusa sunt valent in casu quo diligentiae
a delegato peragantur.

Respondit:

5. *Interrogata*: Utrum eam vel eum (eas vel eos) censeat fide dignam vel dignum (dignas vel dignos) vel contra mentiendi, calumniandi in iudicio et etiam peierandi capacem (capaces) existimet?

Respondit:

6. *Interrogata*: Utrum sciat, num forte inter eam vel eum (eas vel eos) et praefatum Sacerdotem ulla unquam extiterit odii vel inimicitiarum causa?

Respondit:

Tunc, acto testi debite perfecto delatoque ei iureiurando de secreto servando, quod praestitit ut supra, dimissus (*vel dimissa*) fuit, et antequam discederet, in confirmationem praemissorum se subscrispsit (*vel si scribere nequeat*: cum scribere, prout asseruit, non posset (*notetur causa*), fecit signum Crucis).

Postquam testis hic se subscriperit vel signum Crucis fecerit, subscribet se qui testimonium recepit hoc modo:

Acta sunt haec per me N. N. [a R. P. D. N. N. ad hunc actum tantum specialiter delegatum].

L. ☩ S.

[*Delegatus deinde actum directe ad Eum a quo delegationem accepit transmittet una cum instructione et literis acceptis, nihil omnino apud se retinendo*].

Formula H

Modus diligentias dimidiatas peragendi¹

Die Mense Anno

Vocatus (*vel* vocata) personaliter comparuit coram me infra-scripto (*scribantur nomen, cognomen etc., illius qui actum est conjecturus*) sistente in (*notentur locus et dioecesis ubi ipse reperitur*) [ad hunc actum tantum a R. P. D. specialiter delegato, prout ex Elusdem literis mihi directis et datis sub die (*exprimatur quo die ipsi literac scriptae fuerint*) praesenti positioni alligandis]. N. . . . N. (*nomen, cognomen et qualitates testis conventi*) qui (*vel* quae), delato ei iureiurando de veritate dicenda, quod praestitit (*etiam Sacerdos*) tactis Ss. Dei Evangelii, fuit per me.

1. *Interrogata*: Utrum noverit (*e. g. mulierem*) N. . . . N. . . . ? (*nomen, cognomen et qualitates personae indicatae*).

Respondit: (*Scribatur lingua qua utitur testis, eius responsio*).

2. *Interrogata*: Quaenam sit eius vitae ratio, quinam mores, quaenam penes populum existimatio?

Respondit:

3. *Interrogata*: Utrum (*e. g. eam*) censeat fide dignam vel contra mentiendi, calumniandi in iudicio et etiam peierandi capacem existimet?

Respondit:

4. *Interrogata*: Utrum sciat num forte inter (*e. g. eam*) et Sacerdotem quendam ulla extet vel extiterit odii vel inimicitiarum causa?

Respondit:

Tunc, acto testi debite perfecto, delatoque ei iureiurando de secreto servando, quod praestitit ut supra, dimissus (*dimissa*) fuit,

¹ Quae inter parentheses quadratas inclusa sunt valent in casu quo diligentiae a delegato peragantur.

et antequam discederet, in confirmationem praemissorum se subscripsit (*vel si scribere nequeat: cum scribere, prout asseruit, non posset (notetur causa), fecit signum Crucis*).

Postquam testis hic se subscripsit vel signum Crucis fecerit qui testimonium recepit subscriptat se hoc modo:

Acta sunt haec per me N. . . . N. . . . [a R. P. D. N. N. ad hunc actum tantum specialiter delegatum].

L. ☩ S.

[*Delegatus deinde actum directe ad Eum a quo delegationem accepit transmittet una cum instructione et literis acceptis nihil omnino apud se retinendo*].

Formula I

Modus examinis per generalia assumendi¹

Notarius, si adsit, secus qui examen assumpturus est incipiet actum his vel his similibus verbis:

Die . . . Mense . . . Anno . . .

Vigore dereti R. P. D. (*scribatur nomen etc. Ordinarii loci*) dati sub die . . . vocatus (*vel vocata*) personaliter comparuit coram infrascripto (*scribantur nomen, cognomen etc. illius qui actum est recepturus, quique, si notarius non adsit, scribat: coram me infrascripto*), sistente in (*notentur locus et dioecesis ubi repetitur qui actum est recepturus*) [ad hunc actum tantum a R. P. D. specialiter delegato, prout ex Eiusdem literis [mihil] directis et datis sub die (*exprimatur quo die ipsi literae fuerint scriptae*) praesenti positioni alligandis], N. N. (*scribantur nomen, cognomen, nomen patris, patria, aetas, conditio et habitatio personae advocatee; et si haec religiosa fuerit, etiam nomen quo in saeculo vocabatur*), cui delato iurejurando de veritate dicenda, quod praestitit tactis Ss. Dei Evangelii (*quae manu tangere debet*), fuit:

Interrogata: An sciat vel imaginetur causam suae vocationis et praesentis examinis?

Respondit: (Scribatur responsio lingua qua utitur persona vocata).

Interrogata: A quot annis usa sit accedere ad Sacramentum poenitentiae?

Respondit:

Interrogata: An semper apud unum eundemque Confessarium

¹ Quae inter parentheses quadratas inclusa sunt valent in casu quo examen a delegato fiat, vel respective, *absque interventione notarii*.

Si delegatus autem gravi de causa significanda, hunc modum assumendi examen servare non possit, recurrat pro instructione ad Eum a quo delegationem accepit.

Sacramentum poenitentiae receperit vel apud plures Sacerdotes: insuper an in una eademque, vel in pluribus Ecclesiis?

Respondit:

Interrogata: An a singulis quibus confessa est Sacerdotibus exceperit sanctas admonitiones, et opportuna pracepta, quae ipsam examinatam aedificarent, et a malo arcerent.

Respondit:

Si responsio fuerit affirmativa, id est si dicat se bene semper fuisse directam, tunc interrogetur sequenti modo:

Interrogata: An sciat vel meminerit se aliquando dixisse vel audivisse quemdam Confessarium non ita sancte et honeste sese gessisse erga poenitentes, vel murmurationes, seu verba contemptibilia contra ipsum Confessarium prolata fuisse: ex. gr. ipsam examinatam ab uno vel a pluribus poenitentibus, atque ab uno abhinc anno, vel a quatuor aut tribus mensibus similia audivisse?

Respondit:

Si post hanc interrogationem et animadversionem persona examinata negare pergit, claudatur aetus consueta forma, quae ad calcem huius instructionis prostat.

At si quidquam circa aliquem confessarium, iuxta ea de quibus interrogatur, aperuerit, ulterius interrogabitur prout sequitur:

Interrogata: Ut exponat nomen, cognomen, officium, aetatem Confessarii, et locum seu sedem confessionis; an sit presbyter saecularis vel regularis etc.

Respondit:

Interrogata: Ut exponat seriatim, sincere et clare, discretis tamen castigatisque verbis, ea omnia, quae in Sacramentali confessione vel antea vel postea vel occasione confessionis audierit a Confessario praecicto minus honesta: vel an ab eodem aliquid cum ipsa inhoneste actum fuerit nutibus, tactibus seu opere etc.

Respondit:

Hoc loco iudeo solerter curabit ut referantur iidem verbis, quibus confessarius usus fuerit, sermones turpes, seductiones, invitamenta ad conveniendum in aliquem locum ad malum finem, alias omnia, quae crimen sollicitationis constituunt, adhibita vernacula lingua, in qua responsiones sedulo et iuxta veritatem exara-

buntur ac, quantum possibile, iisdem verbis quibus dantur; animum addat personae examinatae, si animadverat eam nimio timore aut verecundia a veritate patefacienda praepediri, eidem suadens omnia inviolabili secreto premenda fore. Denique exquiret tempus a quo sollicitationes inceperint, quamdiu perduraverint, quoties repetitae, quibus verbis et actibus malum finem redolentibus expressae fuerint. Cavebit diligenter a quaerendo de consensu ipsius personae examinatae in sollicitationem, immo eam expresse moneat se non teneri ad consensum forte praestitum manifestandum. Item cavebit a quacumque interrogatione quae desiderium prodat cognoscendi eiusdem peccata.

Interrogata: An sciat vel dici audierit praedictum Confessarium alias personas poenitentes sollicitasse ad turpia; et quatenus affirmative; eas nominet (atque hic iubebit dare nomen, cognomen etc., aut saltem ea meliora indicia quibus aliae personae sollicitatae detegi possint).

Respondit:

Si forte inducantur aliae personae sollicitatae, erit ipsius iudicis eas quoque prudenter advocare eodemque modo examinare.

Interrogata: De fama praedicti Confessarii tam apud se quam apud alios?

Respondit:

Interrogata: An praedicta persona examinata, deposuerit ex iustitiae et veritatis amore, vel potius ex aliquo inimicitiae vel odii affectu etc.

Respondit:

Quibus omnibus absolutis, perlegendur personae examinatae omnia quae scriptis tradita sunt, vel, iusta de causa in tabulis exprimenda, instrumentum ei tradatur ut secum ipsa illud legat coram eo qui examen exceptit; omnibusque ab ea probatis et acceptatis, una cum correctionibus, additionibus et lituris, si quae sint, invitetur ad subscribendum, ac delato ei iurejurando de secreto servando, dimittatur. Quae omnia describentur his verbis:

Quibus habitis et acceptatis dimissus (dimissa) fuit iuratus (iurata) de secreto servando, iterum tactis Ss. Dei Evangeliiis (super Evangelium iterum iurabit) et in confirmationem praemissorum

se subserpsit (*vel, si scribere nequeat: cum scribere, prout asserruit, non posset (notetur causa), fecit signum Crucis*).

Postquam persona examinata hic se subscriperit vel Crucis signum fecerit, subscribet se notarius, si adfuerit, hoc modo:

Acta sunt haec per me N. N. notarium (et si ad hunc actum tantum fuerit assumptus: ad hunc actum tantum assuptum).

L. B. S.

Tandem se subscribet qui examen recepit. Si vero notarius non adfuerit, tunc qui examencepit se subscribet hoc modo:

Acta sunt haec per me N. N. [a R. P. D. N. N. ad hunc actum tantum specialiter delegatum].

[Delegatus integrum deinde actum directe ad Eum a quo delegationem accepit transmittet una cum instructione et literis acceptis nihil omnino apud se retinendo].

Formula L

Formula propositionis a promotore iustitiae facienda, completa inquisitione

Praemissa brevi reassumptione ac disquisitione super rationibus iuris et facti, concluditur a promotore iustitiae ex. gr. ut sequitur, iuxta tamen rerum adiuncta:

Aiteatis omnibus, decernendum censeo ut Sac. moneatur (*simpliciter vel iuxta modum*) - vel - constituatur in Curia e. g. diocesana et fiat causa prout de iure (interim, vero, . . . et addantur si quae promotori proponendae videantur, canonicae opportunaes provisiones).

. . . die . . . anno . . .

Subscriptio Promotoris iustitiae

Formula N

Denuntiatos de crimine sollicitationis monendi ratio

De denuntiatis semel aut iterum de infando sollicitationis criminis plerumque, praeviis scilicet opportunis diligentias, decernitur ut: *Monentur (simpliciter vel iuxta modum) sub secreto Sancti Officii.* Cui monitionis huiusmodi impertienda munus est vel committitur, sacerdotem denuntiatum, qua pars est circumspectione, penes se vocabit, eumque gravibus quidem, plus minusve pro rerum adiunctis et tenore decreti, sed paternis insimul atque omnino genericis, ne ullo modo sive directe sive indirecte denuntiantes prodantur, verbis commonefaciet « *pervenisse ad aures Ecclesiasticae Auctoritatis, eum in sacro Poenitentiae tribunali non semper, qua decouisset prudentia ac sanctitate, se gessisse, ita ut non immerito timendum sit, ne sacramentum ipsum reconciliationis in animarum perniciem, ausu temerario, convertere attentaverit: sua igitur quam maxime interesse sibi in posterum accurate cavere, ne ad procedendum ad graviora Ecclesiastica Auctoritas compellatur* ». Serveatur, ceterum, quoad omnia et cum omnibus arctissimum secretum Sancti Officii.

Si monito fiat per epistolam, haec eadem adhibeatur monendi ratio.

[*Delegatus vero ad monitionem faciendam, opportuno tempore Eum a quo delegationem accepit de resultantibus certiores faciat, documentaque omnia, si quae habeat, simul ad Ipsum transmitendo nullumque apud se retinendo*].

Formula O

Formulae decreti ad constituendum imputatum

Formulae hic propositae non sunt, ut patet, definitivae: variae enim esse possunt ac debent pro diversis rerum adjunctis. Proposuntur ergo ad exemplum.

A) AD CONSTITUENDUM IMPUTATUM SIMPLICITER

Sac. constituatur in Curia dioecesana super omnibus adversus eum deductis et fiat causa prout de iure.

Acta sunt haec (*locus residentiae Ordinarii loci*)

Die ... mense ... anno ...

Subscriptio Ordinarii loci.

Subscriptio Notarii

B) AD CONSTITUENDUM IMPUTATUM, ADIECTIS PROVISIONIBUS CANONICIS

Sac. constituatur in Curia dioecesana super omnibus adversus eum deductis et fiat causa prout de iure. Interim vero (e. g. maneat suspensus a celebratione Missae, vel a sacris ministeriis et spiritualibus officiis exercendis; - deserat locum et secedat in locum ibique sub peculiari vigilantia maneat etc.).

Acta sunt haec (*ut supra*) die ... mense

L. B. S.

Subscriptio Ordinarii loci.

Subscriptio Notarii

Formula P

Modus peragendi constituta

NB. Ad normam art. 52 index Reum iuramento veritatis dicendae ne adstringat.

Notarius incipiet actum :

« Die . . . mense . . . anno . . .

Vocatus personaliter comparuit coram infrascripto (scribantur nomen, cognomen etc. illius qui constituta peragit) [ad hunc actum specialiter delegato], sac. N. N. qui fuit :

Interrogatus de sui ipsius nomine, cognomine, parentibus, patria, aetate, conditione etc.

Respondit . . . (Notarius scribet lingua vulgari et, quantum fieri poterit, iisdem verbis quibus utitur reus, eius responsiones).

Interrogatus : Utrum soiat vel forte imaginetur suae vocatio-
nis causam?

Respondit . . . (et sic continuabitur usque ad finem, adno-
tando singulas interrogations et responsiones ad eas) ».

Si responsio secundae huic interrogationi fuerit affirmativa,
iudex invitabit reum ad omnia singillatim et sincere exponenda;
secus eum graviter monebit ut, propria conscientia excussa, dicat
num forte alicuius criminis se gravatum sentiat. Et siquidem affir-
mative demum respondeat eum, ut supra, iterum invitabit ad pro-
prias culpas, qua decet humilitate et sinceritate, confitendas, ex-
pressis nominibus condelinquentium nec non dictis ac factis aliis-
que rerum adiunctis quae criminum patratorum materiam et in-
dividualitatem constituunt.

Et quoniam difficile est ut inde ab initio omnium reus memi-
nisce queat, poterit iudex duorum vel trium dierum spatium ei con-
stituere, quibus durantibus in oratione et lacrimis propriam con-
scientiam diligenter excutiat, tributa ei facultate suam confessio-
nem, si velit, etiam scripto tradendi, quam in sequenti constituto

iudex formiter recipiet vel, si fuerit scripto tradita, accipiet ab eius manibus folium, quo continetur, et tradet notario qui rem notabit e. g. hoc modo : « *Tradidit reus folium, suam confessionem, ut asseruit, scripto referens, quod incipit . . .* (adnotabit prima documenti verba), et desinit . . . (adnotabit postrema), *quodque accipiens signavi littera A* (signabit folium hac vel alia alphabeti littera) *et de actis feci* ». Modus hic semper servandus erit quoties aliquod cuiusunque generis documentum a reo oblatum in acta inserendum sit.

Post haec, conferens index factam a reo voce vel scripto confessionem cum denuntiationibus in actis existentibus, siquidem in ea nihil omissum vel diminutum fuisse comperiet, contestationibus omissis, ad postremas interrogationes procedet; sin vero aliquid in his inveniet quod reus vel nullo modo vel non ex integro confessus sit, id ei tantum contestabitur, nt infra dicetur.

Quod si contra reus adhuc negativus permanserit, eum iudex ulterius interrogabit utrum sciat adversus quaenam delicta Supremum Tribunal procedit; si nesciat, ei huiusmodi crimina enumerabit (haeresis, sollicitatio ad turpia, crimen pessimum, violatio sigilli etc.). Dein quaerat utrum aliquod ex iis criminibus patraverit: si affirmative respondeat, eum invitabit ad confessionem spontaneam, sicut antea, secus ei perleget decretum, quo mandatum est ut Constitutis subiliatur. Dein eum iubebit propriae ipsius vitae cursum et rationem exponere; ubi natus, ubi educatus fuerit, studia quae peregerit, an et quos gradus academicos aliave honoris insignia promeritus sit, ubi commoratus, quibus muneribus officiisque functus fuerit et cetera huiusmodi. Tandem quaeret ab eo an inimicos habent, quinam ii sint et quaenam eorum inimicitiae causa.

Praemissis hisce generalibus interrogationibus, iudex, antequam reo conuento singulas denuntiationes contestetur, eum circa particularia personarum, locorum, temporum adiuncta interrogabit, de quibus in denuntiatione sermo est et quae eius probabilem veritatem vel falsitatem demonstrare possunt: v. g. de situ confessionalis sedis in ecclesia vel cubicolorum in domo sacerdotis; num poenitentes interdum ante vel post confessionem domi recipiat ut ipsis

consilia impertiatur, libros commodet etc.; num accidat ut cum muliere sola sive domi sive in sacristia post confessionem diu loquatur idque ianua clausa, num tali die in tali pago vel civitate versatus sit etc.

Dein index contestabitur reo — semper reticito nomine denuntiantis — singulas denuntiationes, haud quidem, ut dici solet, uno et continuato spiritu, sed omnes uniuscuique denuntiationis partes distinctim reo perlegens et quodammodo obiciens prius integrum denuntiationem et dein singillatim per partes quae in denuntiatione exposita sunt.

Iudex incipiet a dictis et factis minus gravibus et ad graviora paulatim procedet; nec omittet contestari etiam dictum aliquod vel factum non criminosum, si quod sit a denuntiantibus relatum, ut, eo admisso, si forte deinde reus inficiabitur dicta vel facta criminosa, argui possit ea omnia ita coniuncta esse, ut nequeat publica Ecclesiae Auctoritas alia uti vera, alia uti falsa habere. Ad singulas vero denuntiationes confirmandas adducenda etiam erunt, si habeantur, «diligentiae» favorabiles denuntianti et non favorabiles denuntiato; nec non ipsi obiciendae erunt «informaciones», quae habeantur ei non favorabiles.

Ratione connexionis seu continentiae, index contestabitur reo etiam crimina ad S. Officium non spectantia, de quibus reus denuntiatus fuerit et pro quibus iudicium nondum subierit.

Pariter contradictiones, in quas forte reus inciderit, sive super spectantibus sive super non spectantibus necnon tergiversationes, effugia atque impares responsiones erunt ipsi contestandae.

Omnium denuntiationum contestationibus ad finem perductis, si quidem plures habeantur denuntiationes et reus negativus permanserit, non omittat index eidem declarare contra eius denegationes extare denuntiationes numero plures, tempore distinctas atque a diversis personis emissas, quae ex certis testimoniiis constat boni nominis esse, omnino fide dignas, calumniandi et periurandi incapaces, sibi invicem ignotas, unde conspiratio impossibilis, ac neque inimicitia neque alio humano affectu ad accusandum adductas fuisse, sed tantum ut ineluctabili obligationi satisfacientes, proprieae conscientiae consulerent.

Rebus hue adductis, index a reo sciscitabitur quid ipse sentiat circa sextum Decalogi praeceptum et Poenitentiae Sacramentum; num licitum putet confessario cum poenitentibus ita se gerere, uti ex certis documentis (vel si confessus fuerit ex sui ipsius confesione) ipsum se gessisse comprobatur; num forte censeat haec omnia a peccato esse aliena; utrum noverit Constitutionem Apostolicam s. m. Benedicti XIV quae incipit: «Sacramentum poenitentiae», et poenas quas confessariis sacro ministerio in perniciem animarum abutentibus ea sacrique canones comminantur; et tandem *num aliquid in propriam excusationem afferre valeat.*

Post haec index quaeret ab eo utrum processum hic et nunc pro legitimo retineat vel e contra aliquid adversus illum excipendum habeat, et utrum a defensore ex officio adisti contentus sit vel proprium defensorem sibi nominare, et, si pro exceptione aliqua instabit, utrum forte denuntiantium examen repeti velit.

Si affirmativam huic postremae interrogationi dabit responsionem, vel si quocumque modo in sui favorem aliquid adducet propter quod testes audiri debeant (sicuti, ceterum, si gravis quandoque inopinata difficultas oboriatur), Constituta suspendantur reassumenda postquam personae denuntiantes fuerint iterum examinatae vel testes audit, querum novas depositiones index dein, reassumptis Constitutis, inquisito formiter contestabitur.

Denuntiationum contestationibus absolutis, contestacionum textus tradi debet Promotori iustitiae, qui eum examini subiiciat ac declareret an aliquid habeat animadvertendum, an novae, forsan contestationes vel nova acta peragenda sint etc.

Constituta ab indice non erunt claudenda, nisi prius expressum consensum habuerit Promotoris iustitiae.

In fine uniuscuiusque sessionis perlegentur reo, omnia quae a notario scriptis tradita sunt, iisque ab eo probatis et acceptatis una cum correctionibus, additionibus et lituris, si quae sint, invitabitur ad subscribendum; ac monitus graviter de secreto servando, dimittetur. Quae omnia notarius describet his verbis: «*Quibus habitis et acceptatis, reus dimissus fuit monitus de secreto servando et antequam discederet, in confirmatione praemissorum se subscriptis.*»

Postquam reus conventus hic se subscriperit, subscrivet se notarius hoc modo : « *Acta sunt haec per me N. N. notarium (et si ad hunc actum tantum fuerit assumptus : ad hunc tantum actum assumptum)* ». Denique se subscrivet iudex constituens.

Cum vero non una eademque sessione Constituta ad exitum ut plurimum perducantur, sed pluribus sessionibus opus sit, unaquaeque ex eis eodem modo aperietur et claudetur, appositis toties quoties in calce tam rei conventi tum notarii tum iudicis subscriptionibus, et in fine cuiusque sessionis iudex constituet reo diem sessionis sequentis quod notarius notabit hoc modo : « *Quibus habitis et acceptatis, reus, constituta ei die . . . mensis . . . ad iterum comparendum, dimissus fuit monitus etc.* » ut supra. In sequenti vero sessione prima interrogatio erit : « *Utrum his quae in praecedentibus sessionibus gesta sunt, aliquid reus ex se addendum habeat, detrahendum, corrigendum* »; et transcripta responsione, continuabitur inde, ubi praecedenti examini finis factus fuit.

N. B. — *Supervacaneum fere est animadvertere quod iudex antequam ad constituta peragenda dereniat, accurate examini subitum debet omnia acta processus informativi — scil. denuntiationes omnes tum informes tum formules etiam de materia ad S. O. non spectantes; diligentias circa mores et veracitatem denuntiantium, neconon diligentias et informationes de vita, moribus ac publica fama denuntiati, litteras amatorias ab ipso forte conscriptas etc. — ita ut idem iudex in promptu habeat omnia elementa, quibus rei denegationes infirmare, arbitrarias eiusdem affirmationes refellere et ex partialibus concessionibus ad ampliora admittenda eum cogere valeat.*

Formula Q

Formula petitoriae a promotore iustitiae exhibendae

A) IN CASU DIMISSIONIS PROPONENDAE

Praemissa brevi reassumptione ac disquisitione super rationibus iuris ac facti, concluditur; e. g.

Attentis omnibus decernendum puto ut Sac. dimitatur cum gravi monitu, firmo remanente processu. Et ad mentem. Mens est ut (e. g.) diligentissime invigiletur: a quavis cum mulieribus familiaritate, adhibitis etiam censuris ecclesiasticis, omnino deterreatur, et si quid minus honestum (*vel*: si quid sacerdotali vitae minus conveniens etc.) in eius vitae ratione deprehendatur, statim iterum ad tribunal deferatur.

Die . . . Mense . . . Anno . . .

Subscriptio Promotoris iustitiae

B) IN CASU CONDEMNATIONIS PROPONENDAE

Praemissa ut supra etc.

. decernendum puto ut impositis congruis (*vel* gravibus) poenitentia salutaribus, inter quas exercitiis spiritualibus per dies in domo aliqua religiosa peragendis, quibus durantibus maneat suspensus a celebratione Missae, Sac. dimittatur cum (*hic exprimantur poenae ad praescriptum Can. 2368 § 1 nec non supplementares sanctiones quae in casu infligenda videantur*). Quod si forte complicem Reus absolverit, consulat conscientiae suae per recursum ad S. Poenitentiarium.

Die . . . Mense . . . Anno . . .

Subscriptio Promotoris iustitiae

C) IN CASU PROPONENDAE ABSOLUTIONIS

. decernendum puto: Constare ex actis de innocentia imputati; ideoque Sac. dimittatur absolutus.

Formula R

Modus ferendi sententiam condemnatoriam in causis de sollicitatione quando Reus negativus permanxit

Nos (*notetur nomen, cognomen, qualitates etc. iudicis Ordinarii vel Delegati*).

Cum (*nomen, cognomen, nomen patris, aetas, conditio etc.* Rei, qui si Religiosus fuerit, *addatur quoque nomen quo utebatur in saeculo*) Poenitentiae Sacramento abuti non sit veritus verbis actisque de quibus in Constitutionibus Pontificis et speciatim in Constitutione Benedicti XIV, cuius initium SACRAMENTUM POENITENTIAE, haec dicens ac faciens (hic summarum, prudentibus discretisque verbis, edicatur quomodo, quoties etc. Reus deliquerit):

Cumque propter haec omnia ad Nostrum Tribunal denuntiatus, ibique, regulari contra eum processu constructo ac debite citatus die (adnotetur dies, mensis citationis), Constitutis subiectus fuerit diebus (dicatur quibus); negativus quidem permanxit, sed nihilominus de reitate convictus fuit.

Quamvis igitur de fide doctrinaque catholica recte se sentire affirmaverit (supposito, scilicet, quod revera ita res se habuerit), ac defensor pro munere suo debitas pro eo defensiones opportune promovere et substинere non defuerit;

Nihilominus, omnibus rite graviterque perpensis, Nos Iudex Ordinarius vel Delegatus hac die (*notetur dies qua sententia fertur*) ex actis et probatis sententiam quae sequitur ferendam esse putamus ac refinemus.

Itaque Dei Nomine invocato, Illoque beatissimae semperque Virginis Mariae Genitricis Dei et Domini Nostri Iesu Christi, Nostra hac definitiva sententia quam pro Tribunal sedentes his tabulis edicimus in causa quae coram Nobis agitatur inter D. (nomen, cognomen etc. Promotoris Iustitiae) Promotorem

Formula S

Modus ferendi sententiam condemnatoriam in causis de sollicitatione quando Reus sua crimina confessus est

Nos (*notetur nomen, cognomen, qualitates etc. iudicis Ordinarii vel Delegati*).

Cum (*nomen, cognomen, nomen patris, aetas conditio etc. Rei, qui si Religiosus fuerit, addatur quoque nomen quo utebatur in saeculo*) Poenitentiae Sacramento abuti non sit veritus verbis actisque de quibus in Constitutionibus Pontificiis et speciatim in Constitutione Benedicti XIV, eius initium SACRAMENTUM POENITENTIAE, haec dicens ac faciens (hic summatim, prudentibus discretisque verbis, edicatur quomodo, quoties etc. Reus deliquerit).

Cumque propter haec omnia ad Nostrum Tribunal denuntiatus, ibique, regulari contra eum processu constructo ac debite citatus die (adnotetur dies, mensis citationis), Constitutis subiectus fuerit diebus (dicatur quibus); haec et haec (resumatur breviter eius confessio) confessus est.

Quamvis igitur de fide doctrinaque catholica recte se sentire affirmaverit (supposito, scilicet, quod revera ita res se habuerit), ac defensor pro munere suo, debitas pro eo defensiones opportune promovere et substинere non defuerit;

Nihilominus, omnibus rite graviterque perpensis, Nos Index Ordinarius vel Delegatus, hac die (*notetur dies qua sententia fertur*) ex actis et probatis sententiam quae sequitur, ferendam esse putamus ac retinemus.

Itaque Dei Nomine invocato, Illoque beatissimae semperque Virginis Mariae Genitricis Dei et Domini Nostri Iesu Christi, Nostra hac definitiva sententia quam pro Tribunalii sedentes his tabulis edicimus in causa quae coram Nobis agitur inter D. (*nomen, cognomen etc. Promotoris Iustitiae*) Promotorem iustitiae

apud hoc Tribunal et (nomen, cognomen etc. Rei, ut supra), dicimus, decernimus, declaramus et sententiamus (nomen, cognomen etc. Rei repetitur), ob ea quae confessus est, reum iudicatum esse de crimine sollicitationis ad turpia (et falsi dogmatis), ac propterea censuras poenasque meruisse quae a sacris canonibus contra tales delinquentes sunt latae, statutae ac promulgatae.

Ne igitur supradicti errores et culpae sine poena remaneant. Reusque cautius vivere in posterum pergit, aliisque in exemplum sit, eum ita condemnamus (addatur pars dispositiva sententiae).

Item pro poenitentiis salutaribus illi imponimus (indicentur poenitentiae quae imponuntur).

Quoniam vero supradictos errores et culpas idem Reus sponte confessus est ac pro eis veniam humiliter postulavit, propterea nos eum volumus ab excommunicatione in quam (forsan) incurrit, absolvere, duramodo scilicet antea corde sincero et fide non ficta errores ipsos abiuret et culpas detestetur; sicut hac nostra sententia ordinamus ut facere debeat modo ac forma a Nobis statuenda.

Et ita dicimus, decernimus, declaramus, ordinamus ac definitive sententiam nec non executioni mandare intendimus ac volumus, sicut de facto mandamus meliori eo modo eaque forma quae iure possumus ac debemus. ad hoc praesentibus litteris simul ordinantes ut Reus in diem citetur ad audiendam huius Nostrae sententiae lectionem et intimationem.

Ita pronuntiamus (et actus claudatur cum indicatione loci et diei in quibus exaratus fuit).

L.  S.

*Subscriptio iudicis Ordinarii vel Delegati
Subscriptio Notarii*

Formula T

Modus testandi de promulgatione ac intimatione sententiae in causis de sollicitatione

Notarius actum incipiat his verbis:

Vigore decreti die (*notetur dies qua sententia lata est*) lati-
a (*nomen, cognomen etc. iudicis*), coram eodem sistente in
(*notetur locus etc.*), adstante notario, personaliter comparuit N. N.
(*nomen, cognomen, nomen patris, aetas, conditio etc. Rei, qui si Religiosus fuerit, addatur quoque nomen quo utebatur in saeculo*),
cui per praefatum indicem pro tribunali sedentे quae sequuntur
lecta sunt:

*Et hic de verbo ad verbum documentum quo sententia lata est
integre legitur.*

Deinde additur:

Die . . . mensis . . . anni his scriptis promulgata fuit an-
tēdicta sententia per supradictum (*nomen etc., iudicis*) pro Tribu-
nali sedentem (*dicatur quo in loco*), et ab eodem lecta alta et intel-
ligibili voce, praesente dicto (*nomen etc. Rei*) audiente et intelli-
gente et non contradicente: - (*si confessus fuerit, addatur: quin imo
parere volens, genuflexus coram iudice, tangens sacrosancta Dei
Evangelia ante se posita, abiuravit supradictos errores [ac haereses
ac generatim omnes alios errores atque haereses Sanctae Catholicae
et Apostolicae Romanae Ecclesiae contrarios], prout in schedula
suae abiurationis, qua abiurazione peracta, adhuc genuflexus, fuit
absolutus in forma Ecclesiae consuetā a sententia excommunicatio-
nis et S. M. E. reconciliatus, exhibitis orationibus et caeremoniis
solitis et consuetis] - ac iniunctis ei poenitentiis salutaribus in dicta
sententia contentis. Quibus habitis dimissus fuit, iuratus ad tactum*